



Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

Historiae Ecclesiasticae Pars Tertia, Qva Continentvr Hermiae Sozomeni
Salaminij lib. 9. Euagrij Scholastici Epiphanensis lib. 6

Christopherson, John

[Köln], 1569

De Edeße monachis Iuliano, Ephrě, Syro, Barsę, & Eulogio, præterea verò
& de iis Celesyriam incolunt, Valentino, Theodoro, Meroso, Baßo, Baßone,
& Paulo, ac de illis etiā qui sunt in Galatia, & ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-12718

S O Z O M E N I H I S T O R.

qui post creatus est episcopus, Abdaleus etiam, Zenon, & Heliodorus: qui omnes apud Nitibenos circiter motem, qui dicitur Sigoron in monastico disciplinæ genere ætate contruerunt. Hos quidem qui tale genus disciplinæ nuper inchoauerat, Boethius id est pastoritios, vel sylvestres vocabant: quod nomen illis ideo impositum est, quod neque ædes habent, neque panem obsoniumque comedunt, neque vinum bibunt, sed semper in montibus ætatem degentes, Deum precibus, & hymnis (vti ritus postulat ecclesie) sine intermissione celebrant. Cum autem tempus venit cibi capiendi, non aliter atque palantes, singuli, arrepta falce, montem peragunt, quod herbas ad vitam sustentandam demerant. Atque hunc disciplinæ modum isti quidem coluisse traduntur. In Carris vero Eusebius, solus in angustâ locum sua sponte conclusus, monasticam vitam egit: Piotogenes etiam, qui post Bitum id temporis episcopum, ecclesiam illam regebat, eandem viuendi viam secutus est. Bitum autem illum dico multorum sermonc celebratum, quem prædicant imperatorem Constantimum, cum primo vidisset, confessum esse, quod Deus iam dudum illum hominem sibi in visionibus ostendisset, iussissetque ut quod cunque diceret, illi fidem adhiberet. Aones item habuit in Phadana donicilium, in quo disciplinam monasticam exercebat. Est is quidem locus, in quo Iacob nepos Abrahami è Palestina egressus, cù Rebecca adhuc virgine, quod post duxit uxore, in notitiâ & familiaritatem venit. Nam lapide ex fonte, qui ibi erat, amoto, primum illius gregem aquavit. Commemorant hunc Aonem primum omnium apud Syros, non aliter atque Antonium apud Aegyptios istam exquisitam viuendi rationem, quæ est ab omnium hominum societate remota, instituisse.

De Edessæ monachis Juliano, Ephræ, Syro, Barse, & Eulogio, præterea vero & de iis qui Cœlyriam incolunt, Valentino, Theodoro, Meroso, Basso, Bassone, & Paulo, ac de illis etiâ qui sunt in Galatia, & Cappadocia, & alijs in locis viris sanctis, & qua de causa acciderit, & sancti qui olim vixerunt longævi fuerint.

CAP.

CVm isto Aone Gaddanas, & Azius vnà vixere, qui pari virtutis studio incédebatur. Propè verò vicinū Edeßam, & vrbes illi finitimas eodem tempore faciliè præstantissimi monachi fuere Iulianus, & Ephraim Syrus: de quibus tum disputabamus, cum sumus in impe-
riu Constantii explanando versati. Adde his Barsen & Eu-
logium, qui ambo post creabantur episcopi non vrbis ali-
cuius, sed honoris causa, qui veluti vitæ piè anteactæ com-
pensatio in propriis monasteriis illis deferebatur, ad quē
modum Lazarus quoq; de quo suprà diximus, episcopus
fuit. Atque hi quidem sunt monachi, quos ipse cū apud
Syros, tum apud Persas etiam eorum confines in discipli-
na monastica eo tempore primas obtinuisse accepi. Qui-
bus omnibus communis disciplina fuit, ut comprehendendā
breui, animæ quām maximam cutam gerere, eamque con-
suetudine ad res huius seculi relinquendas paratam effi-
cere: in precibus, iejuniis, & diuinis hymnis magnam vi-
tae partem consumere: pecuniam, ciuilium rerum tractati-
onem, indulgentiam curamque corporis, omnino contenti-
nere. Nonnulli istorum monachorum ad perfectissimam
continentiam peruenere: verbi gratia, Batthæus tanta v-
sus est continentia, tantaq; inedia, vt vermes ex eius den-
tibus serperent. Alam quoq; ferunt ad spatium octoginta
annorum panem non gustasse: Heliodorum etiam mul-
tas integras noctes nihil somni cepisse, & pariter integras
hebdomadas iejunasse. Porro Cœlesyria, & tota illa re-
gio, quæ supra eam sita est, sola Antiochia excepta, seriùs
est illa quidem ad Christi fidem traducta: Sed tamen ne
ea quidem viris ecclesiasticis vitam monasticam colenti-
bus caruit. Qui tanto fortiores videbantur, quantò ma-
gis incolis eius regionis odio habiti erant, & insidiis ap-
petiti: quibus magno sanè animo & excelsa restiterunt,
non vlciscendo se ipsi, neq; pœnas ab aduersariis sumen-
do, sed cōtumelias Gentilium, & plagas sibi inflatas mag-
na cum alacritate sustinendo. Quales fuisse audiui Valen-
tinum (quem alij ex Emesa, ex Arethusa alij genus du-
xisse prædicant) & eius gentilem Theodorum: ambas

S O Z O M E N I H I S T O R.

Tittis, quod est oppidum in tractu Apameensi positum, natos: Marosam etiam ex Neschelis, & Bassum, & Bassonem, & Paulum ex pago Telmiso ortum: qui cū multis monachos multis in locis in vnu cōgregasset, & ad monasticam disciplinam, quemadmodum oporteat, excolendam traduxisset, ad extremum in loco quodam, qui Iugatus dicitur, maximum ac celeberrimum conuentum monachorum constituit. Quo quidem in loco etiam cum vitam ad longissimum tempus protraxisset, (ad nostram enim ætatem, egegiè & valde piè in disciplina monastica exercitatus, vixit) mortuus est, ibique sepulchro conditus. Quinetiam cœxi monachi, quos commemorauimus, omnes ferè ad prolixu téporis spatiu vitam propagarunt. Atq; deus certe, ut mihi quidē videtur, tā lögā vitā hisce hominibus largius est, vt religio Christiana per eos amplificaretur. Etenim tū Syros ferè omnes, tum Persas, tum Saracenorū quān plorū mos à Gentilitate ad suū ipsorū, hoc est ad verū dei cultū traduxere: ipsiq; in illis regionibus disciplinā monastica exorsī, permultos sibi similes effecrē. Porrō Galatas arbitror, Cappadoces, & horū finitimos, atq; multos alios præterea id temporis, viros habuisse ecclesiasticos, qui & monasticum viuēdi genus exercebant, & veterem Christi regionē studiosè excolebāt. Complures autem erant, qui in vrbibus & pagis conuentus habebant. Nam neq; veterum monachorum traditioni erant assuefacti, neque præhymnis acerbitate, quæ ob naturam loci semper ibi solet eunire, in solitudine fotasse ætatem agere nō poterant. Inter monachos autē, quos illic vixisse accepi, primas tulit Leo, qui postea ecclesiæ Ancyrae episcopus creatus est, & Prapidius, qui iā licet valde grandis, in multis pagis munere fungitur episcopali. Præst̄ etiam pauperum domicilio, cui nomen Basilias, celeberrimo illi quidem, à Basilio episcopo Cæsareæ Cappadociæ exædificato: à quo & initio nomen accepit, & adhuc retinet.

De tripode ligneo, & imperatoris ex elementorum connexione successuri exploratione, & philosophorum cœde, & astronomia.
CAPIT XXXV.

Sunt